

nit, correctionem; e contra vero ultionis cupiditas propria tantum satisfacere querit iracundia. 4. Sed ultionem, & iram fugientes alterum evitare debent scopulum, nimiam videlicet indulgentiam, que in sceleribus persequendis in ignaviam degenerat. Hac in re diligentes esse decet, præsertim cum scelera publico bono, & magis adhuc cum Religioni ad-versantur.

Præter ea, quæ hæcenus dicta sunt, quæ sequuntur ad Judices, & Magistratus peculiariter pertinent. 1. Ob oculos eorum versari semper debet eximium illud monitum, quod sanctus Rex Josaphat tradidit Judicibus suis. Videte, quid faciatis; non enim hominis exercetis judicium, sed Domini; & quodcumque judicaveritis, in vos redundet. Hoc Spiritus Sanctus per sancti Regis os omnes Judices monet. Ad hoc autem monitum exerceendum summa adnitendum est cura, ut eam acquirant scientiam, quæ requiritur, ut munere suo rite persolvantur. Meminisse debent bonum, honorem, & sæpe etiam hominum vitam ab ore suo pendere; ideoque si per justitiam injustas proleulerint sententias, rationem reddituros esse destrimentum, quod proximus fuerit percipitur. 3. Politio quod judicis ferendis pares sint, ac idonei, numquam tamen tantum præcipiti iudicio temere fiant, quin diligenter excusserint negotia, de quibus sibi judicandum est. Ad examen diligenter vocabam, sanctus Job ait, negotium quod implicatus mihi videbatur: Cautam, quam nescibam, diligentissime investigabam. Neque ex collegarum iudicio, & multominus eorum, qui interveniunt sibi, pendere debent; scient, si male vel per ignorantiam, vel per festinationem, vel quia alieno hæret iudicio voluerint, judicaverint, sibi reparandam esse ad ultimum usque quadrantem iacturam illam, quam iudicio suo pepererunt. 4. Numquam pati debent, se fore corrupti aut muneribus; munera enim, ut Scriptura inquit de Judicibus loquens, excaccant sapientes, & iustos prævertunt. Non accipies personam, nec munera, quia munera excaccant oculos sapientium, & mutant verba iustorum. Deuter. 16. Nihil tandem illis faciendum est contra justitiam neque propter minas, aut promissiones, neque propter assentationes, ullamve hominum persuasionem. Judex hac omnia spernere debet pro justitia juxta egregium illud sapientis Eccli. 4. estatum: Pro justitia agonizare quasi pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia. 5. Caveant etiam, ne personarum acceptionem admittant; quod malum facile potest in iudicio, ac Magistratum animos obrepere, & plurimas ab illis iniustitias extorque-re. Si liberum præbeant divitiis aditum, si illos æquis auribus audiant, eorum expediant negotia, si ique in omnibus faveant; e contra vero si pauperes repellant, siveque intercludatur aditus, si horum negotia negligant, atque in longam producantur, ita ut interitum, vel saltem grave incommodum subeant; hæc sunt iniustitiae ex personarum acceptione profectæ, quas Deus Judicibus severissime prohibet Deut. 1. Audite illos, & quod iustum est, iudicate. . . . nulla erit distantia personarum. . . . Nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. 6. Constanti malo advertentur, iniquitatis, ac violentiis, quas ab improbis, præsertim vero a nobilibus viris exerceri cognoſcant. Ad hunc finem tenentur impendere quidquid possunt rationabiliter, & secundum Deum. Ne queras iudicem fieri, Sapiens ait, nisi satis roboris tibi adsit, quo fortiter iniquitatibus resistas, ne potentis alicujus faciem veritas tuo muneris desit. 7. Iusti sint in sceleribus persequendis, in improbis exterminandis, in iis opprimendis, qui requiem, publicamque perturbant securitatem sine ulla acceptione personarum. 8. Sint patroni pauperum, viduarum, orphanorum, eorumque omnium, qui iniustitiam patiuntur; hoc enim dignitatis suæ munus efflagitat: Libera eum, qui injuriam patitur, de manu superbi: & non acide seras in anima tua. Eccl. 4. Felix sane consolatio est iudicis, vel Magistratus, cum vere dicere potest, quod Sanctus Job cap. 29. publicam vocem sibi perhibere testimonium, quod tutatus fuerit pauperem, & orphanum, petentem opem, eamque nulli reperirebantur; & quod liberaverit illum, quem alii persequerentur; & consolationem attulerit cordi viduarum, pateque extiterit pauperum. 9. Caveant denique, ne ruant umquam in ea scelera, quæ puniunt. Quæ enim fronte scelus illud puni-

re possunt, cuius sunt participes? Quot iudicia proferunt, tot sententiæ sunt in seipſis prolata, & quæ in damnationem ipsorum venturæ, cum a Deo iudicabuntur. 10. Tandem ab aliis iudicandis, & regundis abſtineant, nisi quatuor illas qualitates habuerint, quas Scriptura in Judicibus, Reſtoribusque desiderat, vim spiritus, timorem Dei, iustitiam amorem, & odium avaritiæ. Proinde de omni plebe civis potentes, & timentes Deum, in quibus fit veritas, & qui oderint avaritiam. Exod. 18. Hæc sunt conditiones quatuor, quas Scriptura memorat in sapienti consilio, quod tradidit Jethro Moysi, populum Israel ducturo, illum hortatus, ut eligeret viros sapientes, metuentes Deum, veritatem, hoc est iustitiam amantes, & avaritiæ inimicos.

PARAGRAPHUS VI.

Delecti ex Asceticis, nuperisque Concionatoribus socii hujus argumenti.

Regum Majestas semper reverentiam inspirat; De Regum hac species quædam est civilis religionis, & majestatis. politici cultus, quæ efficit, ut ea reverentur lineamenta, quæ divina manus in frontibus eorum insculpsit, quibus potestatem suam communicare dignatus est Deus. Licet ad nos usque sese demittant, numquam tamen ad illos usque nosmet at-tollere audeamus. Licet sint populorum patres, sunt etiam domini, & Principes. Quæcumque fit eorum infirmitas, homo, ut ita dicam, sub Rege latet, & quantacumque sit Regum suavitas, semper tamen regni splendor, ac pompa illos tueur. Sed cum utrumque simul conficiant, cumque in oculis eorum nitet lenitas, atque clementia, quibus Imperiorum aulæ temperatur, tunc in subditorum cordibus tanta fit amoris, & gaudii impressio, quanta exprimi satis non potest. Fleebit Oratioſus funebre de Madame de Montausier.

Honores instituti sunt ad merita remuneranda, sapientiam exerceendam, homineque ad virtutem excitandos, ideoque jure ad eos tantummodo pertinent, qui moderati sunt, iusti, charitate præditi, qui eos possident citra superbiam, eosque exercent sine avaritia. Sed verum eorum ulum Mundus subvertit. Appetuntur ab immerentibus; qui illos consecuti sunt, iidem abutuntur; pro se tantum illis uti volunt, qui possident illos. Ambitio illos criminosis etiam rationibus consecatur, vanitas putat per eosdem a cæteris homines distingui, & iniustitia efficit, ut omnis eorum fructus, qui cum aliis esset communicandus, retineatur. Idem ibidem.

Si animæ hujus magnitudo, atque tranquillitas minus essent comperta, dicerem equidem nullam ab eadem adhibitam fuisse unquam ex iis auribus, quas ambitiosi Mundi scintillæ, & secretum honores acquirenti nuncupant, nec fesse illam vel importunis sollicitationibus vel ignavis assentationibus aule commendasse. Sed his majora dicere possum, & affirmare, ipsam extulisse mentem suam ultra fallaces mortalium conceptus, atque sine invidia quidem spectasse quidquid fortunam suam excedebat, sine contemptu vero quidquid infra eandem videbatur; perquisivisse virtutem propter virtutem ipsam, non autem propter virtutis nitorem, & præmia; ipsam denique ab honoribus inventam fuisse, quin ipsa honoribus perquirendis operam, animamque adhibuerit. Idem.

Neque satis est hoc pacto ad honores ingredi, nisi, ubi possidentur, modis adhibeatur. Qui sua regere norunt desideria, non temper suam regunt auctoritatem. Superbia, quæ fere nunquam recedit a gratia, acutissimum, ac præsentissimum vitium est, quod sentim in principum virorum animis reit; & illi ipsi, qui in mediocri conditione ab omni ambitionis sensu abhorrebant, nonnumquam inſoleſcunt, cum majori fulgent honore. Idem.

Vir ipse magnam habebat animam, atque non vulgarem virtutem; malebat sua uti gratia, ut alius opem ferret, quam ut suæ utilitati consulere. Mercedem de iis benemerendis, qui gratiam minime rependerent, vel dolor ob ingrati animi vitium, quod in aliis deprehendit, nunquam illum prohibere, quominus omnibus gratificari certaret. Atque ne alicujus petitioni vis erat addenda, latens alicujus meritum in lucem proferendum, anceps gratia obtinenda, fides in suspitionem vocata roboranda, præ-

Quo animo spe- randi sint honores, & dignitates.

Quomodo utendum gratia eorum, & dignitatibus.

præstitum beneficium laudibus extollendum; erratum venia dignum imminuendum; salutare monitum tribuendum; mediocri fortuna procuranda? Hæc omnia alacri animo perurgebat: hic omnis ferme fructus erat gratiæ illius, quam apud Principem fuerat affectus. Ratio ipsa conferendi beneficium eodem beneficio erat acceptior. Ipsi etiam importunis adhibebat aurem, quin radio afficeretur, neque in ipsa etiam repulsa deerat gratia; atque sapientia illius effiebat, ut comoda petendi tempora aucuparentur. Idem.

Veheementer errat, qui putat sanctitatem, & gloriam omaino simul esse non posse, & J. C., qui simul Rex erat, & pauper, nequaquam sanctificasse honores æque ac humilitatem, & paupertatem. Tantum abest, duo hæc simul esse non posse, ut inter se maxime naturali vinculo connectantur; & donec res a recto non recedant ordine, gloria est veluti umbra lucens, ac nitens, quæ ubique sublequitur sanctitatem. Utraque simul in terris originem habere; utraque simul aditum vivunt in Cælo; parens moralium omnium utrumque simul accepit, gratia unio, quæ eidem collata fuit, dominationi erat connixa, atque idem status innoventur, qui illum Creatori subiebat, eundem cæterarum creaturarum rerum constituebat dominatorem. Verum est, peccatum, quod quocumque ingerit divisionem, hominem a Deo jurgens gloriam quoque separare a sanctitate, ac infrensens suavissimam societatem, quam in nobis habebant, eas redegit, ut nullam ferme nisi inter Beatos habeant. Verumtamen Deus semper sibi fortes aliquot reservat animas, in quibus, ut melius dicam, ipse esse congregat quodammodo, ut jus illud tueatur, quod habent iusti in honorem, honorumque possessione. In vita Cardinalis de Berui lib. 2. cap. 14.

Qui potentes sunt, atque honorum affluentia fruuntur, ut plurimum se aliquid præ cæteris esse arbitrantur. Quemadmodum enim aves in aera plumarum levitate se arctolunt, ita divites honoribus, & nobilitatis fulgori conjuncti illi, qui eodem inebriati sunt, adeo elatos de semetipsis sensus demittere, ut illos pudeat quocumque in se sese demittere, quamobrem S. Bernardus ait perraro humilitatem cum mundi honoribus confectam videtur. Quemadmodum enim inter commensationes ac suaves epulas perdidit inter temperantia, ita humilitas christiana in periculo versatur inter sæculi honores, atque dignitates: ita ut mirum non sit, si gratia recedat, ac deserat eos, in quibus subleatium, ut ita dicam, constituit imperium. Illi e contra, quorum assidua, vel mediocri est fortuna, majorem habent dispositionem ad humilitatem, quia semper ob oculos eorum versatur lux generis, & conditionis ignobilitas, quæ illos intumescere non sinit. Humilis morales.

Potentes, nobiles, & plerique eorum, qui in Aula versantur, læxentis patere criminosis affectibus avaritiæ, ambitionis, vanitatis, ultionis, invidiæ, qui cor illorum lacerant. Nullum scelus est, cui præſto non sint, ut Principibus, eorumque ministris placeant, & illorum sibi benevolentiam concilient. In hoc honorem suum constituunt, si de inimicis insignem referant ultionem. Satis strenui sunt, ut vitam suam obiciant, suumque effundant sanguinem in prælio fallacem honoris auram aucupaturi; verum deficiunt, cum Deo obtemperari affectum aliquid tenentur infringere. Si pro Deo minimam facerent, vel paterentur partem earum rerum, quæ pro Mundo faciunt, atque patiuntur, ne illi quidem inter Sanctos insigni apothefi essent referendi. Sed strenui sunt, cum mundo servendum est, at in Dei servitute pavidi, & ignavi, & nihilominus e contra in Deum sunt audaces, & in homines timidi. Cum hominibus reverentiam præferunt, eosque laceſcere venturæ; scient enim ipsos quamprimum esse pœnam repetituros. Verum quia norunt etiam, Deum ultionem differre, & non semper in hac vita impiorum scelera persequi, audacter leges ejusdem infringunt. Patet ergo difficultimum esse, quod in hoc statu salventur. Morales Christiana l. 8. sect. 4. art. 5.

Hæc quot magnis in muneribus, atque inter fulgorem dignitatum damnati interierunt, qui salutem suam operati fuissent, atque in mediocri conditione Sanctitatis lauream fuissent adepti? Qui nescit, periculo propiorum esse, ejusque lapsum esse perniciosum, qui in sublimi ambu-

Nobiles facile fa- probant.

In ipsa nobilitate conditione salvari possumus.

lat, quam qui graditur humi? Verumtamen ne dignitates, honorem, mundum infimulet. Nulla conditio est, ubi salutem nostram operari nequeamus, & pro qua Deus gratias priorum singularet non præparaverit. In Cælo, immo etiam in terra non desunt ex quovis statu Sancti; & in Sanctorum album Ecclesia retulit quosdam, quorum alii demate radimitum caput gesserunt, alii maxima rei publicæ transgere negotia, alii prima iudiciorum sublella obtinere, & alii amplissimis Ecclesiæ dignitatibus fuere decorati. P. Hainſusæ 3. parte Ordinis.

Sancti Patres, cum de hoc argumento locuti sunt, nunquam vel honores, vel dignitates, quantumvis insignes, ac nitentes, vituperandas censuerunt, sed eorum vituperantur aulaciam, qui nimis ardenti earum desiderio tenebantur. Farendum est, S. Augustinus ait, necesse esse primas in mundo sedes æque ac novissimas repleri; eorum enim, qui illas obtinent, interest cæteros in ordine cogere, sed licet aliquis digne sublellam illam obtineat gradum, se indignum præbet eodem, cum se dignum esse arbitrat.

Solo equidem non solum in Principibus viris humilitatem requiri, ut in fortuna sua sancti esse valeant; non satis est illos inter honores humiles esse, nisi & inter divitias sint pauperes, & inter voluptates temperantes. Hæc tres sunt virtutes, quæ reparandæ non sunt in illis, quos Deus ad summos honores, & præstantissimas dignitates evocavit. Cum autem raro accidat, ut qui ad illa evecti fuerint, omnes illas obtineant, rarum quoque est, eos æque virtutibus ornatos sanctoque esse, quales postulat Deus. Possent proculdubio, neque extra rem esset, possent horribilia exhiberi pericula, quibus Principum salus obnoxia est; satis esset ostendere, nihil adeo operosum esse, quam in ingentium bonorum possessione pauperes, & in omnium voluptatum affluentia esse temperantes; atque corruptionem, quam peccatum in naturam invexit, in Principibus roboratam, propterea quod rebus omnibus alitur, ac irritatur, elucere quodammodo, ut impossibile sit, illos sine extraordinariæ gratiæ subsidio salvari. Sarazin in Adventu Tomo 2.

JESU CHRISTI gratia non in omni conditione minime perturbans, neque confundens nemini aufert dignitatem ipsius, honoris gradum, magistratum, ullamve magnitudinem, quam possidet, particulam. Si minime probat scelera, & iniustitias, quæ a nobilibus viris in magistratibus committuntur, neminem tamen solvit, quominus illis subditus sit, atque obtemperet in iis omnibus, quæ iusta sunt, & divina legi minime adversantur. Tanta cura tuetur hunc ordinem, ut servari jubeat cum iis etiam, qui accidunt permolesti, & quorum dominatio rigida, & severa est, ea in obedientia, quæ ipsis præstantia est, nullam distinctionem constituens inter eos, quorum jugum durum est, & alios, qui cum humanitate suos excipiunt subditos: per os Apostoli hoc pronunciat oraculum: Omnis anima potestibus sublimioribus subdita sit, ad Rom. 13. Deus Reges induit purpura, Deus capiti eorum coronam imponit, Deus illis gladium, atque potestatem imperit; quemadmodum Deus ipse illis sapientiam tribuit, ut leges populorum regimini perulites irrogent. Idem.

Quemadmodum Evangelii gratia nequaquam efficit Christianos reipublice inuiles, atque magistratibus impares, quod olim Ethnici exprobrabant, a Tertulliano acerrime confutatus, ita pietas, quæ ubi jubetur, nequaquam impedimento est maximum honorum, fulgentiumque dignitatum muneribus obundis; ita ut viri principes digne, sanctoque populos regere nequeant. Si gratia cultibet eam de- gruit, non minus potest esse Magistratus, Principes, Dominosque statuere, qui sapienter populos regant. Quapropter D. Augustinus Christianos ab hac injuria vindicans, non secus ac Tertullianus, Ep. 5. ad Marcell. eos, qui calumniam habent proferebant, provocabat, ut tales producerent exercitus, talesque milites, quales JESU CHRISTI doctrina formant, tales Dominos, Reges, Judices, quales flagitat Evangelium. Idem.

Si Deus nonnumquam humillimum attollit non ideo attollit, ut superbiat, & ut magnus effectus coram hominibus parvulus esse cesseret coram ipſo. Princeps, qui subditum ad Magistratum evehit, vult quidem ab hominibus majori in honore

Virtutes, quæ in nobilibus viris requiruntur, ut inter honores salventur.

Pietas non prohibet, ne Principes subditos sibi populos bene regant.

noce haberi, quam antea, verum illum in hac luce non pateretur, si nosset, ipsum, ratione Principis eisdem, nequaquam se habiturum tamquam parvulum, atque ex pulvere eductum. Quodcumque igitur esse possumus, & ad quocumque gradum nos evertit Deus, humiles semper esse debemus, & quamquam Reges non semper teneantur humilitationem præferre, tenentur tamen semper tueri humilitatem. Idem.

Superbia honoribus roborata effecit, ut primis Christianæ reipublicæ temporibus Regum, Principumque converso adeo rara esset, atque difficilis. Ex sane videmus fore tandem Imperatores, ac Principes Christianæ militiæ dedisse nomen; videlicet postquam trecenti, atque ultra a JESU CHRISTI morte effluxerant anni. Ad hæc scimus illos pauculum Christianam religionem amplexos fuisse, & reliquam Principum turbam, qui mox sacro abluti fuerunt baptismate, tunc tandem hoc suscepisse consilium, cum nullum amplius aderat periculum iacturæ honorum, dignitatis, vitæ, & cum nullam timebant proscritionem, ac dignitatis suæ decrebunt. Undenam, amabo vos, hoc proficerebat peritiam odium, quo Principes viri hanc Religionem horrebant? nisi quod illam spectabant tamquam fastus hujus mundi inimicam, neque illum, quantumvis nobilissimum, admittentem, quin illum cogeret, ut in ipso honorum fulgore humilem, & annihilatam vitam traduceret? Hac de causa Optimates sero ac post tot prælia in JESU CHRISTI castra migrarunt. Cum enim ipsis pro vitæ norma proponeret annihilationem crucis JESU CHRISTI, neque fidem recipere possent, nisi si eum JESU CHRISTO humiles futuros pollicerentur, non poterant se huic jugo submittere, quod ambitioni suæ adeo videbatur oppositum? Idem.

Arts potissima, qua superbus mundi spiritus utitur, est illis omnibus, qui præcipuis nitent dignitatibus, fulgorem tantum ostendere, qui eandem concomitantur, eorum vero oculos claudere, ne videant magnitudinem Dei, qui illos de pulvere eduxit. Ars hæc fere semper, et voto illi cedit: cumque Dei magnitudo in dies magis magisque fugiat oculos superbiorum, accidit, ut propriae amplitudinis conceptus ita augeatur, ut nihil aliud ultra videant, neque cogitent amplius se parvulos esse, & a Deo ex nihilo eductos, atque iusto illius ad solium evertos. Facile videre est, mundi spiritu Principum mentes hoc pacto fascinari, quorum nonnullos eo usque insanie superbia pertraxit, ut se Deos putarent, audentem dicere, nullos se majores Deos inveniri. Scriptura fidele est testimonium horribilem hanc probans cæcietatem. *Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus?* Exod. 5. Undenam egredi possunt adeo impie blasphemiz, nisi ex misera cæcitate, quæ hinc calamitosissimis hominibus abscondit veram Dei celsitudinem, ipsique eorum tantummodo gloriam ostendit? Idem.

Ut salutem nostram operemur, nihil est magis necessarium, quam nosse quid simus, & cognoscere nostram quidem infirmitatem, ut humiliemur, scelera vero nostra, ut perhorrescamus. Cognitio hæc Mundi Principibus est quodammodo impossibilis; illorum indumenta, servorum caterva, pompa illa, qua stipati sunt, honores, qui deferuntur ipsis, reverentia, qua excipiuntur, non sinunt eos videre, se ab aliis hominibus nequaquam esse diffimiles; excepta externa hæc specie, inter seruos eorum miseros esse, qui rebus in omnibus eidem æquantur; simplices tantum, atque ignorantem aliquid invenire, quia externo hoc fulgore se falli patiuntur; nullum tamen a sapientibus deprehendi; mortem illos cum novissimis e plebe confuturam esse, & Deum ipsum, qui iudicio suo falli non potest, nequaquam eos distinguere a populo ea in cura, quam de ipsorum gerit salute. *Quoniam pupillum & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus.* Sap. 6. P. de la Colombiere *Sermon de Epiphania.*

Haud equidem ignoro nobilium plerisque propter status sui dignitatem pretiosas induendas esse vestes, supellectiles, atque vanitatem inspirant, magna servanda bona, ac illos solatiis interesset debere. Sed in hoc ipso sita est salutis ipsorum difficultas; hæc quippe humanæ obligationes nequeunt illos a christianis officiis exolvere, eos esse oportet humiles in honore, in delitiis mortificatos, in lo-

Quare Principes sero I. C. Adem fuerunt amplexi.

Principes insuperant, quia se ipsos non vident.

cupletissimorum thesaurorum possessione pauperes, in rerum omnium usu, atque affluentia ab omnibus rebus divulsos; oportet, tantum ab hoc mundo abhorre, quem tamen pati, & cum quo tenentur confuere, quantum horrent cadaver, cui inviti essent alligati; atque veluti crudelissimam servitutem putare necessitatem illam, qua voluptatum omnium esse debent participes. Utrum vero facile sit inter hæc eos fovere sensus, quos vix Anachoretæ in deserto tenent, penes vos esto iudicium. Idem.

Viri nobilissimi semet in seipsis defendere debent carne in otio, & mollitie innutrita, ab igne interiore, cui indefinenter omnia illa suggeruntur alimenta, quæ aptissima sunt ad eundem inflammandum, magisque accendendum. Extrinsecus vero Mandus non ostendit solum objecta Nobilium oculis; hæc illorum offert desideria, hæc ut ita dicam, in manibus eorum constituit is omnibus exorta difficultatibus, quæ alios deterrunt. Pauci profecto mortales aliquando avaritiz, ultionis, ambitionis sensu non tanguntur; hæc cupiditates statim illos excitant, quos possident; sed, antequam qui opibus non distulit, qui modicum habet potestatem, rationem invenierit eidem satisfaciendi, periculum imminens, curæ, quæ suscipienda sunt, tempusque ipsum oculos eidem aperit, & cordis perturbatio malaciam reddit; cum interim viri dives, ac potens semper in manibus habeat, unde sua explet desideria; & vix pravum aliquid inire consilium, cum jamjam ipsum explevit: omnia illi semper in promptu sunt; ut quod cupit, illico exequatur. Idem.

Quid ergo? Opusne est, ut qui in honore, & affluentia versantur, de salute desperent? Haud ita profecto; sed opus est, ut cum meta, multa que fœdissime salutem suam operentur; opus est ut serventibus, iugibusque precibus coelestem opem, qua carent, ad evitandos laqueos, quibus sepi sunt, mereantur, atque frequentis Sacramentorum usu seipos contra adeo terribiles hostes maniant, atque confirmet. Præ cæteris vero opus est, ut in ea, in qua sunt necessitate, ornatisissimas vestes gerendi, magnifice habitandi, ad delicias vite famulorum opera utendi, & inanis mundi voluptatibus oblectandi, opus est, inquam, ut in hac necessitate caveant, ne quid faciant ultra id, quod mera necessitas exigit, & status sui decorem exposcit. Cum hoc fecerit, si aliquid intereundi periculum subierit, dicere poterit, ipsam in illud te impulsisse Providentiam, ac equidem interesse, te illuc eripere. Idem.

Utique; Mundi hujus Potentes gravibus expectantur debent supplicium, quam cateri. *Fortioribus autem sortior instat cruciatus.* Sap. 6. Quare? Primum propter ingrati animi vitium in Deum, qui, cum illos bonis cumulaverit, atque, ut videtur, pro illis reliqua creata fecerit, non invenit in illis eam gratitudinem, quam beneficia adeo insignia merebantur. Ad hæc magis patientur, quam qui in hac vita miseri fuerunt; hi enim peccatorum suorum partem his expiarunt incommodos, quos passi sunt; Potentes vero, qui semper inter delicias versati sunt, ac nihil divinæ justitiæ pertulerunt, totum ex asse supplicium cogentur dissolvere. Tertio quemadmodum nihil eorum cupiditatibus oblitit, atque summam nafti sunt peccandi facilitatem, fieri non potest, quo minus scelorum eorumdem qualitas, aut numerus peccata longe superet, quæ in tanta fortuna patrantur. Adde, illis non de suis tantum scelorum reddendam esse rationem, verum etiam de alienis, se quoque exemplo suo, quod contagionem asserit consecutiv, vitium, & vanitatem invenerint, aut confirmaverint. Idem.

Verum enim vero quos thronos, quos triumphos non præparat Deus heroicis virtutibus, quæ inter corruptissima quæque roborat, autæque fuerint? Quibus encomis excipietur humilitas illa, quæ inter honores enititur; spiritus paupertatis, qui inter cumulatisissimos thesauros non defecit, hic voluptatum horror in iis, quos voluptates ipse videtur conquirere; intemperata puritas in aere adeo tabido, infestoque, in mundo, qui ubicumque illi insidias truit, eam persequitur, eam improbat, verbo, qui sibi gloriæ veritit obscenissimam impudicissimam? Idem.

Adulatio in sacrilegium migravit, cum Principibus dicavit aras; at veritas docet, si illi reipsa non sum fumina, esse tamen viventes Divinitatis imagines in terris, & quidquid contra sacras eorum per-

Quoniam habent salutem im-pedimentum.

Mundi hujus Potentes altera in vita gravius supplicium.

Principibus adhibenda reverentia.

personas intentatur, peccatum est, quod secundum obtinet gradum post ea, quibus ipsa læcessit divinitas, cujus imaginem referunt. At non solus Principatus caracter est nobis reverentiam expetit, quem nisi virtutis aitor commendat, illos magis hominum contemptum obicit, eorumque vitia magis efficit horribilia, cum illorum vereamur dignitatem. Virtutes in Principibus præcipua sunt, magisque manifesta lineamenta divinitatis: status, ad quem illos exultit Providentia, quamdam expetit proportionem inter eorum pietatem, ac magnitudinem, ac vult, eos tantum per illam distingui, quantum per hanc honorantur.

Terræ hujus Principes ad Cælum ascendunt eo fulgore, qui undequaque suum jubar emittit; & in cælum ferunt tributum plurimum particularium sanctitatum, quæ publica eorum sanctitas attrahit. Religio enim propugnata, virtus quidem præmiis, vitium vero supplicis affecta, servati innocentes, jus suum cuiusque traditum, patriæ salus, publicæ felicitas eorum triumphum pompam constituunt. *Essai de sermons pour l'Avent.*

Terræ hujus Principes non semper tenentur apparere humiliati, sed humiles semper tenentur; & Deus ipse, qui eos solum jubet ascendere, ut supra cæteros attollantur, illis simul præcipit, ut erga ipsum se tamquam novissimos ex plebe arbitrentur. Corona, quam Reges deserunt, signum est, super ipsos etiam esse Deum; hæc docet, quod si hominibus imperant se minoribus, Deus similiter imperat ipsis, & vult illos coram se adhuc minores esse, quam coram Regibus cæteri homines sint. Monitum hoc mundi Principibus tradit Ecclesiasticus: *Quanto magnus est, humilia te in omnibus.* Eccl. 8. Quo major es in oculis hominum, eo minor esse debes in oculis Dei; quo magis extolleris, eo magis erubescere debes, inquit Apostolus, quia nihil habes, quod ex mera Domini misericordia non acceperis; cumque id per illius misericordiam acceperis, agnoscere debes naturalem paupertatem tuam, ac in illud reverti nihilum, unde egressus es. *Essai de sermons pro Quadragesima, feria quinta post Cinere.*

Nisi eximia sanctitas adfit, dignitates fugiendæ sunt, atque evitandæ, Doctores autem, propter frequentia cadendi pericula, quæ in illis occurrunt, Fulgor, quo sepi sunt dignitates, auctoritas, quam deserunt, opes, quæ illas concomitantur, totidem sunt scopuli, in quos periculum est, ne falus nostra allidat, totidem sunt demones, qui interitum nobis moluntur. Fulgor mentem perfringit, ac inflat; auctoritas voluntatem perturbat, atque corrumpt, divites quo mollit, & vitiant. Quoniam requiritur virtus, ut humiles simus in honoribus, ut iusti simus in imperiis, ut temperantes simus in affluentia? *Idem pro Dominici. Sermon pro Dominica 2. post Pascha.*

Verum est, imperare Deum, ut honorem deferamus Superioribus nostris; quemadmodum dignitas eorum illis quoddam tribuit divinæ Magnitudinis radiam, ac, qui Dei locum in terris obtinent, ita illos revereri nos docet; alioquin eorum contemptum in Deum ipsum relaberetur: *Qui vos spernit, me spernit.* At non vult Superiores ita vanos esse, ut ob honores sibi delatos superbiant, atque ob debitam sibi reverentiam intumescant. Attamen durissimum est honores inter, ac humilitatem præsumere. Honores tantam vim habent in hominum humilitas, vanitas eorum sexcentos triumphos repperit. Ita humilitas inter dignitates est virtus heroica, licet in humili, abjectaque conditione mereatur sit virtus. Idem.

Ideo tantopere nitent dignitates, atque populorum sibi reverentiam conciliant, quia imperii consensum auctoritatem; & hæc auctoritas ipsa eos, qui iisdem insigniti sunt, in salutis suæ discrimen adducit. Et ratio est, ut enim bene utantur auctoritate, Deum unum respicere debent; etenim ut S. Paulus ait, *Non est potestas nisi a Deo.* Hanc autem auctoritatem in Regibus, in Ecclesiæ Præfulibus, ac Magistratibus debemus agnoscere. Propter hæc illis omne reverentia, & obedientia genus debemus; & Dei resistit imperio, qui eorum edictis obtemperare detestat. Ex hoc Apostoli argumento sequitur, quemadmodum subditi respiciunt Deum obtemperantes legibus Principis a Deo dati, ut nobis imperaret, Principibus quoque, omnibusque Superioribus, ut auctoritate sua bene utantur in suæ potestatis usu, Deum esse respiciendum. Non de-

bent imperare, ut sibi pateatur, sed ut obediatur Deo, & ut voluntas ipsius expleatur. Idem.

Auctoritatis, quæ in mundo habetur, non minoribus periculis salutem obicit, quam usus divitiarum. Quemadmodum homines vulgo ad honores obrepunt, ut inter cæteros nitentur, vel ut rei consulant familiari, sua non utuntur potestate nisi propter seipos. Hinc fit, ut minime persequantur injurias, quibus Deus læcessitur; ex vero, quibus homines afficiuntur, parum iuste, & æque judicentur. Neque dixerim familiare esse, ut, qui in dignitate constituti sunt, manifestas, gravesque injustitias committant; sed consanguinei alicujus, amici hominis in mundo potentes, cujus indignatio metuitur, & nonnumquam viri probi, a quo præverti nos patimur, consideratio negotii faciem prorsus aliam appingit. Nullum adeo pravum est, quod ex aliqua parte insectum, minus videatur iniquum; ideo qui favet, hic primus sibi persuadet, se id mere facere, quod iustum est. *P. Cheminatis Sermon de S. Ludovico.*

Difficile est simul & potentia, & justitia plenitudinem intueri; posse, quidquid velis, & solum velle, quod debes. Suprema auctoritas aliquid in mente relinquit, quæ omnino replet, & tunc etiam, cum timet imperas, etiam imperans alius temet intra cancellos continet, difficile est, ne aliquando prætergrediaris. Quamobrem nulla satis inquam Deo gratia possunt agi, & haberi, cum illis subiecti sumus Principibus, qui ut magnitudinis suæ frantum insistant, sepe cogitant, si subditi suis dominantur, sibi quoque Deum dominari; omnem potestatem suam cæcæ, insanquam fatuam, nisi illam æquitate compescerent, ac futurum ut minime possent exemplo subditorum injustitias coercere, nisi propriis affectibus imperarent. *Liber, qui inscribitur, Vita Prophetarum. Vita Isaie.*

Luxus, & magnificentia dominantur in aula, quod profecto summum est peccitientia, & christianæ vitæ impedimentum pro Aulicis, qui Mundo tamquam numini suo tunc adolent, & qui omnes spes suas vitæ terminis circumscribunt. Constat enim, Mundi pompam ita oculos perfringere, & fascinare, ut sub hoc fallaci, & jucundo velamine vitium minime videatur. Non modicus requiritur labor, ut nosmet a suavi hæc fraude, blandaque illusionem tueamur. Hæremus in cortice, qui nitet, ac placet, neque interiore postum scrutari partem, ubi sub magnificis indumentis fœditas latet. *Ex Anonymo Auctore.*

Ideo Sancti omnes dignitatum pondus esse censuerunt, de quo Mundi Principes rationem erunt reddituri Deo, & ob cupus abominæ severissimis cruciatibus punientur: *Potentes posterit sermonea patientur.* Sap. 6. Funestum, fulmineumque Spiritus Sancti verbum quam potens est ad intrinsecum Principum audaciam ac summa superbiorum montium cacumina concutienda! Ne appetamus, Fideles, tristissimam hanc Principum mundi prerogativam, neque illis invidiamus potentiam, quantumlibet fulgida, & suavis nobis videatur. *Pater Dozennæ libro de Divinitate JESU.*

Pompas, luxumque mundi contemnere non est donum adeo inhærens cœnobis, atque solitudinibus, ut desint ejus rei præstantissima exempla in nobilissimis etiam conditionibus, & in aula, quæ ut ita dicam, centrum est mundanæ vanitatis, ubi hæc mundi figura nitidius luget, atque exhibet objecta magis idonea ad fallendos animos, atque effectum libidinem excitandam. David, Esther, S. Ludovicus habere vim sese ad æternitatis cogitationes attollendi; secretam cum Deo necessitudinem fovendi, eidem in corde suo thronum constituti, ubi solus dominabatur, ubi in spiritu, & veritate colebatur, ubi, licet voluptatum omnium urgerentur illecebri, semper tamen rationi aures adhibebantur, & lex æterni Dei servabatur. *In Collectione orationum Academicæ oblatarum anni 1703.*

Fateor equidem inter Principes raro inveniri vitam Christianam homine dignam, eorumque conditionem maxime peti fallacibus mundi hujus illecebri. Magnus nominis sui rumor, quom sibi stuporem asserit snunt, prohibet, ne audiant vocem Domini illos ad se se revocantis, ut plurimum fortuna, quæ illos exultit, eos excæcat; gradus, quem obtinent, eos perfringit; auctoritas, quam habent, eorum cor inflat; thus, quod illis adoletur, eorum excitat superbiam; magnifica Aulicorum, qua stipantur, caterva fallacem illis promittit statum, nemini obnoxium. Cum in eorum pote-

Periculum, in quo versatur Principes abutendi sua auctoritate.

non hinc a digno sermo mundum

Difficile est christianam vitam traducere.

In ipsa dignitate possumus fastidire.

luminibus, quæ in frequentissimum populum suum, & mox in omnes terrarum nationes effunderet.

Abbas Verjus, Panegyrico Vitæ Religiosæ. Quod bonum in terris Principes, atque Optimates efficere nequeunt? Quinam vir Apostolicus tantæ Ecclesiæ honorem potest conferre, & æque efficiat vitorum, errorumque everzioni adlaborare, quantum Princeps, qui sanctus est? Sanctitas illi non majori sit pretio, quam cæteris. Christianam, atque exemplarem hominum vitam semper omnium Regni Ordinum sequitur reformatio; quam vero celestium bonorum affluentiam ipsis adeo salutaris reformatio meretur? P. Croiset in Christianis Considerationibus.

Sanctis hominibus semper fuit persuasum, dignitatis esse periculum, qui divina gratia minime roborati resistere nequeant, ut ita dicam, vehementi huic stupore, quo mens humana semper capta est, ubi eo in gradu sit, unde alios sibi subiectos despiciat. Cum nihilominus divina Providentia, quæ ut plurimum hominum ductu ad homines regendos utitur, illos eligit, ut gubernent; illis etiam tunc tantum luminis & gratiæ communicat, ut eorum elatio ipsos magis demittat. Itaque tantum abest, ut se aliis præpositos gloriantur, quod e contra putant sibi timendum, ac trepidandum esse; & nullus dubitandi superest locus, quominus quemadmodum ex statibus omnibus, quos suscipere nobis integrum est, nullus majori obnoxius est periculo, quam qui nobis homines subiecit; hac de causa nihil fit nobis magis metuendum, nihilque exitus a Deo petendum, quam pro status eiusdem electione. Liber, cui titulus: Colloquia Abbatii Joannis, & Eusebii Presbyteri.

Virtus ubique reverentiam meretur; sed multo magis cum inter rerum affluentiam, atque honorem fulgorem coruscant. Quod exemplum non adfert vita frugi, atque ædificans viri potentis; & quam vitam non habent exempla? Vera Principum pietas semper Religioni quidem gloriæ cedit, ipsi vero multo magis. Divites invenient semper in thesauris suis fontem felicitatis, dummodo pauperes suam felicitatem inveniant in manibus divitum. P. Croiset, 2. Tomo Considerationum Christianarum.

Descendat quidem est Principum virorum conditio, si ea ignorant pericula, quibus salus sua est obnoxia. Inter luxum nati, in deliciis enutriti, in ipsis etiam gravioribus defectibus probati ab omnibus affectibus cavere debent, & innocentia, quæ electorum Dei characterem constituere debent, in illis elucet? In eo autem statu, ubi omnia amoris proprium fovent, atque palpat cupiditatem, paratæ sunt ut regem hanc sibi vim inferant, quam Regnum Cælorum ab illis expostit, qui illud continent acquirere? Primos in mundo gradus obtinent; mundus vero primumne locum habet in corde? hic enim locus est, qui solus eidem conveniat. Quam metuendam est, ne illi, qui genere, vel dignitatibus in terra præ cæteris eminent, coelo nequaquam pares inveniantur! Munera cum fortuna crescant; quo major es, eo plura tibi officia sunt obeunda. Dignitas tamen tamquam se indignam omnem respectu subiectionem. Licentia se quom impune a lege dispensandi, sæpe tamquam privilegium habetur, at respiciat talis est. . . . Saltem periculorum multitudine diligentiores efficiat. Sed heu! propterea oppositum accidit; & quo magis de salute metuendum est, eo metuitur minus. Ubinam minus contra mala desideria nobis cavemus, quam inter objecta, a quibus excitantur? In Principum Aula, in mundo, qui fallax est, ac virulentus, quem esse possunt amuleta, quibus a contagione servemur? Et querimus, & miramur, quod adeo pauci sibi inde caveant! Multo magis mirandum esset, si eo in statu, ubi omnia adhibetur vigilantia, ne in illos inciderent, tuto ibi tamen yerlarentur. Idem.

Audite Reges, & intelligite, discite, judices finium terrarum, quoniam data est a Domino potestas vobis, & Audite, atque intelligite, o Principes, qui iudicatis populos; considerate, hanc vobis potestatem a Domino fuisse collatam. Qui interrogabit opera vestra. Non aliud testimonium, non aliud in supremo hoc Tribunali chirographum admittitur, ubi sententia, atque iudicia vestra sunt districtissime examinanda: Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicatis. Horrende, & cito appar-

Pericula, quibus Principum salus periculis.

bit vobis. Sap. 3. Sese vobis ostendet modo terribili, & citius quam cogitatis. Quoniam iudicium dæmonium, his, qui præsumunt, fiet. Qui enim iudicant alios, majori cum severitate iudicabuntur. Deus nullam excipiet personam, neque cuiusquam reverbitur amplitudinem. Fortioribus fortior instat cruciatio. Qui in terra magis nitent, ac amplioribus præstant dignitatibus, hos graviora manent supplicia. Potentes poterit tormenta patiuntur. Qui in dignitate constituti sunt, qui primos obtinent gradus, nisi rite suis personæ fuerint officii, si per ignorantiam, vel negligentiam, vel avartitiam male iustitiam administraverint, hi altera in vita severissimis poenis afficientur. Ad vos sunt hi Sermones mei. Sap. 6. Ad vos o principes Mundi, ad vos, qui iudicatis populos, mihi sermo est, pergit Sapiens; præbete vos dignos eo loco, quem occupatis, sapientiam acquirite, atque muneri vestro vos pares ostendite. Erudimini, qui iudicatis terram. Idem.

Inexcusabile peccatum est in sua professionis insensitia versari; quemadmodum in iudice est tenere iudicium ferre, quin satis eas cognoverit causas, quæ a sua pendunt sententia, quantumvis exigui momenti illæ sint. Eos, qui aliquando inter iudicum sublella sessuri sunt, nunquam satis admonere possumus, ne se periculo obiciant proprium consulendi sensum, eo quod legis mentem non assueverint, atque per ignorantiam eam impugnant legem, quam propugnassent, si edoceri voluissent. Præsertim vero ea sæpe tendenda intus est, iudicem non per se, sed per leges disponere posse de quiete familiarium, deque bonis, & vita subditorum; ideoque illi discendas esse non regulas solum, secundum quas iudicandum est, verum etiam cognoscendas, atque ad examen revocandas varias circumstantias, quibus illæ ipsæ regulæ immutantur. Joannes Picus in libro de educatione filiorum.

Judex sensibus suis, totaque vitæ suæ ratione magnum tribuere debet sapientia, & æquitatis specimen, ut populi amorem, & confidentiam sibi conciliet. Si enim hic in illius moribus aliquid corrigendum deprehenderet, ægre, atque gravare, nec sine querela, eisdem sese iudicis submitteret. Non est improborum de aliis iudicium ferre; sed bonorum est bonos maleque iudicare. Qui Magistratum obtinet non minus verbis quam factis verendum esse debet. Quemadmodum nonnisi ex moribus eius de sensibus eisdem ferri iudicium potest, ita ex verbis eisdem de ipsis moribus potest iudicari. Ille cuius verba iudicis sunt, & qui una tantum vocula potest aliorum quidem fortunam evertere, aliorum autem statuere, nunquam suspitioni locum dare debet, quod aliqua in occasione inconsiderate loquatur. Idem.

Ut æqua dignitatis concipiatur idea, nobilis, & iusta idea Principis sciat oportet Reges, Principes, nobiles a Deo super alios non aliam ob causam fuisse constitutos, nisi ut illos tuerentur, atque protegerent ab aliorum iniustitia, & oppressione: eodem pacto, quo Deus hanc sibi vindicet curam per potentiam atque sapientiam suam univerfium orbem regendi, Regibus relinquere curam regendi mortales; his nequaquam permittit auctoritatem legum constituendarum, ut hoc pacto inanem præberent potentia suæ ostentationem, sed ut per eas in imperiis, locisque eorum ditioni subiectis ordo, iustitia, atque tranquillitas vigeret: non possuisset reges, ut beatores essent, quam reliqui vulgo, sed ut pro virili aliquid conferrent populorum sibi subiectionum felicitati: maximum, magisque solidum Principis, & Optimatis alicujus bonum non in eo esse possum, ut se præ cæteris emineret videat, atque in fortuna sua inveniat, unde ambitionis vitæ satisfaciatur; sed ut eos, qui merentur, possit attollere, atque ex castigine, tenebrisque illos educere, quorum exemplum aliis utile satutum videatur. Principem a vulgo non in hoc potissimum distingui, quod inter honores, rerumque omnium affluentiam veretur; sed quod Dei exemplo semper hominibus potest gratificari; ipsique in gratiarum distributione consulendum non esse studium suum, sed rei publicæ utilitatem, & meritum eorum, quibus illa conferuntur. Demum non debere suam spectare dignitatem, tamquam aliquid, quod suam palpat vanitatem, sed tamquam occasionem miseris protegendis. Joannes Picus in libro de Principis educatione.

Princeps, quem super cæteros homines constituit Deus, fit vas eorum quietis, & felicitatis. Non aliam habet gloriam quam, quæ cum eorum felicitate est conjuncta; alia quæcumque efficere potest.

Officio suorum ignorantia iudicem, & Magistratum excusare non potest.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

Idem.

tasse poterit, ut metuatur, non ut ametur. Cum subditis suis se gerere potius debet ut pater, quam dominus; & licet honor, quem illi huic debent, necessarius sit, opus est, ut ea ratione, qua illud sibi conciliat, videatur potius alto delatus, quam coactus, & amoris, ac bonitatis, potius quam potentia & severitatis effectus. Vita, & mors, bonum, & malum sunt in manibus Principum; ideoque indulgentes esse debent, ubi errata venia sunt digna; in ea vero, in quibus exemplum debetur populo, nonnisi ægre, & serius quam fieri potest animadvertere. Ex Tractatu de Educatione Principis Joannis Picus.

Corona a Principe vere Christiano haberi debet tamquam onus potius quam verus ornatus. Neque enim subditos suos regere debet ex animi libidine, & affectu, neque ut sibi satisfaciat voluptatibus, sed ut verum eorum bonum inquirat. Scire debet mollitiem, invidiam, inficiam, & otium communes esse defectus, qui sæpe Principem populorum suorum contemptui, & sæpe etiam imperium alienigenarum inquisitioni obicit; debere nonnumquam seipsum voluptatibus fraudare, ut populorum necessitatibus subveniat, atque jucundas relinquere ideas, quibus recreatur, ut animum transferat ad subditorum mala, eorumque cursum prohibeat: debere etiam per se eorum necessitates cognoscere, liberum præbere questibus eorum aditum, neque de populi sui statu unquam iudicium ferre secundum eorum testimonio, qui sæpe iudicium ferre majorem malis æquidem causam præberunt. Idem.

Principes, atque Magnates non debent ex se se tradere prosperitati, quæ magnitudinem suam comitatur. Remissivi nonnumquam debent plerique voluptates nobilitatis sudore, & sæpe etiam lacrymis subditorum conditas esse; & hac una cogitatione omnes eorum gustus simul, & error illis auferendus esset. Meminerint, oportet, si magnitudinis suæ curam gerere cupiunt, atque iustas intrare vias ad veram gloriam assuequendam, nihil vel speciosum, vel horridum magis esse, quam unam intueri hominem in regione aliqua causam felicitatis, vel calamitatis, quietis, vel tumultus cæterorum. Principes tuius, atque pacatius sua frui dignitate amoris potius subditorum, quam vi armorum innixas, & amoris, atque reverentia impressio, quam vel nomen, vel præsentia ipsius in subditos facit, ut plurimum effectus illius est, quam in ipsum Principem Dei nomen, aut recordatio ciet. Idem.

Princeps adhibere juvenis, ne mentis aciem eo sinat fulgore perstringi, quo renidet, maturate discere debet, sibi præter homines reliquos nihil esse, nisi inane potentia, & dignitatis phantasma: sed se in mundum venisse, atque illinc egredi, eodem pacto quo illi & ingrediuntur, & obeunt; vitam suam iidem casibus, atque moribus obnoxiam esse; Principem, atque nobilitatem conditionem a privata nequaquam differre, nisi quatenus insignia efficere possunt bona, & mala, idque ipsos in altera vita insignibus vel præmiis, vel supplicii esse afficiendos: tertenam aliorum hominum felicitatem, vel infortunium, ut plurimum opus suum esse; atque in altera vita non aliud futurum discrimen Principum inter, atque Privatorum, nisi, quod Principes, cum semper suppetit facultas, & occasio procul ejiendi calamitatem, atque laborem ex his locis, ubi hæc adunt, rationem reddidit non solum, ut ceteri, de his, quæ fecerit, sed etiam de his, quæ bona facere potuissent. Idem.

Nobiles de seipsis iudicium ferre volunt ex iis tantum, quibus inter cæteros nitent, atque attolluntur. Pati sequuntur æqualitatem, quæ illos populo commiserit, & cæteris eos propiores facit, quo magis ab aliis fecedere student. Diligentissime eas prævertere conantur infirmitates, quibus aliis similes sunt, atque superioribus eorum essent, ut illum ipsum disceant sensum quo ex plerisque voluptatibus, utriusque communibus, percipiunt; eosque cogit, ut novus semper artes inveniant, quibus quandam illas personam induant, atque inter eas discrimina quædam deprehendant. Si omnes, quorum frequentia sipati sunt, in id unum incumbant, ut illis veram auferant ideam ejus, quod sunt, ac fallacem foveant ideam ejus, quod minime sunt: honores, & reverentia, quæ illis adhibentur, ideo accidunt periculosa, quia plurimum conferat ad hoc, ut sibi met ipsos abcondant, atque in nihilii sui oblivione verferentur. Idem.

Princeps semper in Sæpe nobiles quin de se iudicium ferant ex inter Henry Bibl. Tom. I.

riori naturæ humanæ testimonio, quæ illos multitudine famam alioquitur, in toto vitæ hujus curriculo se ipsos tenebris replent: malum operantur, quin illius effectus, & magnitudinem cogitare velint, quasi publicari quadam conditionis suæ prerogativa id ipsis liceret, quod aliis est nefas: ita ut postquam certum anorum spatium in voluptatibus transmiserint inanem magnitudinis suæ foveant ideam, quæ decipiuntur, & quæ efficit, ne se ipsos noceant, repente se se inter mortis ulnas vident, quin ne minima quidem Christianæ Religionis officia, vel exercuerint, vel cognoverint. Oculi eorum aperiantur, cum tempus effluxit; dignitas eorum evanescit eosque relinquit; atque tunc solum se indignos, ac miseros, non secus ac reliquos mortales intelligant. At nimis sero intelligant, cum jam adulationibus decepti, ac venenatis laudibus cumulati interierunt. Idem.

Principes, Reges, Imperatores servare quidem possunt amplitudinem eam, qua a cæteris distinguuntur, & supra reliquos mortales attolluntur; verum illam antare non debent. Patitur quidem Deus eos cum servorum cæteris, ac prætorianorum militum manu incedere, quæ res, & hostibus terrorem iniecit, & subditorum amorem, atque metum conciliat; sed inde illos intumescere, ac superbiere non patitur. Cum illos infinitæ mortaliæ multitudinis præficit, quæ eorum nutibus pariter teneatur; vult etiam illos semet cogitare tamquam coram ipso, & veluti unum ex illis, qui sub eorum pedibus jacent. Abbas Trappensis tom. 1. libri, qui inscribitur: Maxime Chretienne.

Qui sanctæ meditationis conatu supra seipsum attollitur, non videt mundi hujus honores, & fortunas, quantumcumque illæ sint, nisi quomodo hæc ima illi videatur, qui altissimi cujuspiam montis cacumen ascendit. Distantia efficit, ut nequeat dignoscere objecta; non homines, non domos, non flumina, non sylvas, non colles distinguit; & quidquid sub pedibus ejus est, veluti atomi, sese oculis ejusdem ostendit. Idem.

Quamquam Principum virtutes nihil aliud ferme sint, quam simulati affectus, per artem amoris proprii ea ex parte, quæ nitet, intuitum oculis expostit; non desunt inter illos tamen qui virtutem possideant, quæ soliditate, uniformitate, & constantia sua de amoris proprii insolubilibus triumphatrix, veræ virtutis nomen meretur. Vera virtus, S. Hieronymus inquit, nitorem, pretium, nomeaque suam mutuat a vi, quam libet imitari, ingenio, studiisque suis inserit, quæ blandis simulatæ amicitia sermonibus excitatur, fovetur objectis, sive alienis, sive irritantibus; putidus adulationibus aluntur; malis probantur exemplis, quæ præterita suppeditant tempora, nisi abunde in presenti occurrant; & denique perniciosis canalis prudentia instituit confirmantur. Ex Audite Anonymo.

Quenam est hæc in Principibus hujus terræ virtus heroica? Habitus est ex multis victoriis de amoris proprio fape relatis coalescens; stabilis, & permanentis dispositio, quæ mentem inclinat, animam submittit, totumque hominem Dei nutibus subiecit. Hac, audite, vera Principum virtus est; ad quemcumque dignitatis gradum illas divina destinet Providentia. Si Dominum non habent in terra, habent tamen in Cælo prohibentem quidquid legi suæ contrarium est; & quidquid gloriæ suæ convenit, imperantem. Sin autem illis hic etiam dominum præficit, nefas est jugum exerce-re, atque ambitiosa vota ad eum apicem attollere, ubi Dei voluntas nondum illis constituit. Jubentur omnia obire munera, quæ a statu suo separari non possunt, & a se avertere, quidquid defectionis mentem possit injicere. Hac autem Divinis imperiis obedientia vera est Principum virtus. Cur autem? Quia hinc quidem proprie plenitudinem imperii, quod habet Deus in omnes homines, jus, quo Principum obedientiam requirit, eo majus est; quia ipse ille est, qui eos in hoc loco constituit, cum ex communi massa illos eduxit capitibus nostris præficiendos; inde vero tenentur Principes omnes curas transmittere, omnemque amplitudinem suam devovere, ut penitus satisfaciatur certissimo juri Entis supremi, in quo iustitia videlicet universalis, & dominans, quæ post se veluti ancillas omnes ducit virtutes. Idem.

Nulla Principibus utilior esse gratia potest, quam quæ illos de ipsorum admonet mortalitate. In ea luce, atque potentia, quæ septi sunt, cum omnia ab illis pendere, & imperiis eorum obtemperare con-

magistralis erroris vi-vant, ac-que, nisi mori-ent, hunc erro-rem abji-ciant.

Quomodo Fidei-terrosus hoveat-esse de-beret.

Vera Prin-cipum vir-tus est Dei mandatis obtempe-rare.

fuerint, vanitate, & amore proprio decepti non reminiscuntur fragilis limi, ex quo compacti fuerunt; cumque se hic tamquam numina in honore haberi conspiciant, obliviscuntur, se cum commentis hac divinitate, non secus ac alios e plebe, esse mortuos. Quomodo vero reminiscantur? omnibus certatim fenovere conantibus, tamquam finestissima obiecta, quidquid saluberrimam mortalitatis memoriam in illis potest excitare, nec non plurimum Principum ambitione probante quodammodo adulationem, & hanc quasi officiosam necessitatem insciente? At quod illis vulnus infligitur, cum Domino placuerit hanc, qua decipiuntur, illecebram auferre, subitoque periculo quamdam in eorum mentem educam, & moralem conditionis memoriam revocare! *Ex Junebri oratione Serm. Delphini.*

Ne putatis, quæso (Auditores) me hoc sermone improbare nitorem illum legitimum, & decorum, qui generi, nobilitati, honori debetur. Equidem scio eos, qui supra ceteros elati sunt, dignitatem suam sustinere posse exteriori apparatu, qui non adverteret Evangelio: hoc ordo poscit, neque divina lege prohibetur. Languesceret fortasse subditorum obedientiam, nisi hac excitaretur pompa, que illam in officio coerct: indocilitas facile obli-vi-traderet auctoritatem, que non effulgeret. Talis est humana imbecillitas: indiget quadam exteriori specie, quæ oculos afficiat sive ad servandam imperii reverentiam, sive ad obedientiam onus leniendum. Vivite quidem, o Principes, o viri dignitatis insigniti; videant vos populi eo ornatu decoros, qui vestrum maxime decet gradum; hoc nunquam mihi animus fuit improbandi: verum ex-cessum probare non possum, qui conditionem vestram prætergreditur, modestiam ladiit, passionem alit, efficieque, ut spiritus huius mundi triumphet. *P. la Peste 2. Tomo sermonum Sermon de luxu.*

SUPPLEMENTUM.

Dignitas, & Magistratus.

Numquid expectatis, Auditores lectissimi, propter eum dignitatis gradum, quem obinetis in terra, Deum, non secus ac Assuerum Estheræ, vobis dicere, legem non pro vobis, sed pro mortali-bus reliquis esse constitutam? *Non pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.* Heu! Vos nequaquam esse ore Domini inane hanc distinctionem expectatis, sed hanc ipsi vobis privata auctoritate vindicatis. Nonne austeritatem Monachis, inertibus orationem, imbecillitas hominibus lenitatem, afflictiis patientiam remittendam esse censetis? Tamen cog-noscite ad longe sublimiores conditiones, quam ad inferiores, dirigi Evangelium, & hoc pro mundi Principibus, ac beatis viris factum esse. Quibus enim præcipue præcipitur jejuniium, & mortificatio? nisi illis, quorum vita deliciis affluit? quibus humilitas, nisi illis, qui mundi obsequiis, ideoque laqueis stipati sunt? quibus elemosyna, & spiritus charitatis, nisi illis, qui in opulentia versantur? quibus venia, & injuriarum obli-vio, nisi illis, quos magna negotia magnis obsequiis inimicitibus? quibus vi-gilantia, & oratio, nisi illis, qui validioribus arguentur tentationibus? *P. la Rue, Sermon de Exemplo Sanctorum.*

Viri Principes, qui a Deo constituti fuistis, ut reliqui vobis obsequerentur, & imitarentur, quomodo-nam ab ipsa utique pueritia pati potestis, ut vos humanorum respectum aura circumferat? Sinitis adlatores vobis in arcibus, has & illas artes, hos illosque affectus vobis mundi plausus, & gratiam conciliare posse. Quid? Nonne in lucem hanc nati estis, ut in mundo dominaremini? Numquid vestrum est voluisse ad illius exempla componere? an illius esse sese ad exemplum verum conformare? Ex quo asserere, & probare volueritis naturalium sensuum vestrorum æquitatem, & præstantissimam, quam sortiti estis, educationem, nimis se beatam parabit Mundus, ea, quæcumque vo-lueritis, peragere, & amare vos virtutis præditos sine-ulla-comparatione magis, quam stultitiam vestris indulgens diligeret. Heu! Domine, nobis ab ortu tantam immitris reverentiam, tantamque animi propensionem erga Principes nostros; cur non agis, ut & ipsi sentiant omnem potestatis suæ magnitudinem, quid illi possint in nos fulgere exemplorum, & imperium, quod virtus illis in corda nostra potest conferre? *Idem Sermon de Humanis respectibus.*

Prodire
quæque
possunt
Principes
cum digni-
tatis hæc
signa, non
autem cum
luxu im-
modico.

Summi viri
nequam
di-pen-sa-
tum, &
quomodo
Legi obe-
diat,
Ego & c.

Summi viri
nullo in-
te domi-
ni homi-
nem re-
spe-
ctus pati
debet.

Quid in summa dignitate hominem palpat, & U. vere
mulcet? Fastus, quo sepius ibi est, licentia, quam
illa inspirat, voluptatum, quas exhibet, affluentia,
Aliis excellimus: credimus etiam nosmet supra le-
gem esse positos, & ex nostro pendet arbitrio, quid-
quid palpare potest cupiditas, & sensibus nostris
satisfacere. Sed numquid est dignitate frui, fastum
ejusdem ignorare? ejusdem licentiam cohibere, et
procul amovere quæcumque ejusdem illecebras con-
sistunt? Quotumquid ille est ambitiosus, qui hoc
pretio dignitatis appetat? Talis profecto usus est,
in quem a Principe Christiano sunt convertendæ.
Fastigio magnitudinis solidam obicere debet humi-
litate. Debet seipsum contra dignitatis licentiam
jugi in vita suæ actibus vigilantia munire; debet
se a magnitudinis fascinatione per perfectam ani-
mi ab eadem avulsionem præservare. *In Delphini
Panegyrico.*

Si ratio sana, & a communibus erroribus immu-
nis a superbia præservare nos poterit, una Religio
est, que producere valeat inter dignitates humili-
tatem, & una Christiana humilitas in Christiano
Principe frangere potest ingentiam illam superbiam,
quæ, ut ita dicam, cum mundi Principibus oritur.
Neque enim credendum est, moderationem, atque
pudorem, quæ in humili Principe non admirari
non possumus, esse in eodem ingenii, vel caren-
tiam humani sensus effectum. Effectus est solida hu-
militatis, quæ in nobili sui cognitione altius in cor-
de ipsius constituta est. Quin tumet, eo quod mag-
nus est in oculis hominum, anam inde arripit
semet humiliandi coram Deo; quippe sua agnoscit
minera, & in sua infirmitate nequaquam confidit;
ita ut sine-ullo ejus dignitatis, quam a natura for-
tutus est, & quam benignus illi afflavit jugiter, de-
rimento novit in persona sua sapienter tempera-
mento mundi insistentem cum Religionis humilitate
temperare, & solide humilem esse in fulgen-
tissima celsitate. *Ibidem.*

Si Reges sunt imagines Dei, hoc multo minus
sunt per sua celsitatis potentiam, quam per usum
illius ob subditorum suorum felicitatem. Passoris
nomen in Evangelio illis appositum, qui animabus
regendis præsumt, in profana antiquitate nomen
erat commune eorum, qui Gentibus imperitabant;
ut inde non tam subditi obedientiam erga suos re-
ges perdidissent, quam ut reges edocerentur præ-
sidium, vigilantiam, amorem, & charitatem, quam
suis subditi debent. Attamen in hoc viri prin-
cipes ab ipsis incunabulis infinita nanciscuntur ob-
stacula; & cum ceteri vulgo in lucis huius usu-
m editi sumus testari videntur calamitatem, at-
que nihilum, ex quo incipiunt emergere, summo-
rum Principum anime statim recipiunt lucis ejus,
qua septi sunt; impressionem. Primum obtutum
suorum obiectum est aliorum multitudinem, sibi de-
servire, ac fere dicam, cultum adhibere festinan-
tium. Antequam erudiantur, nihil sunt nisi parvula
humani generis pars, alteri sustentandæ destinata.
Hæc illos inanes excacat cogitatione, ut inde in-
finitum pro se tantum esse. Sentiant jam se Dominos esse
eorum, qui ipsorum institutioni præpositi sunt; &
ratio vix se se explicare incipit in mente eorum,
cum statim in corde illorum inimicos jam satis va-
lentes invenit, cum quibus decertandum est. *P. de
la Rue in Panegyrico in Delphini laudem dicti.*

Evangelium inspicere satis est, simulque oculos
in nobilium virorum conditionem conicere, ut
summam statim appareat discrimen, quod inter-
utrumque intercedit; quod quidem tam enorme
Tertullianum vitium est; ut non dubitaverit asserere,
Christianissimum cum sacali dignitatibus simul
esse non posse, & fieri nequaquam posse, ut idem
simul & Christianus esset, & Cæsar. Hyperbolica
quidem, & fallax exaggeratio, & quam tot ma-
gnorum Principum, qui in purpura, & auro se-
pios sanctificaverunt, exempla penitus confutave-
runt; exaggeratio tamen, que licet fallax inveniat-
ur, apta est ad efficiendum, ut inde infinitam sen-
tiamus difficultatem, qua simul conciliantur præ-
rogativa conditionis naturalis crucem omnem, &
subjectionem peritæ, & placita Religio, que ju-
gem exigit abnegationem; ita ut inter multitudi-
nem oblatulorum, que cuiusdam gradus mortales
in officio suorum praxi venisse possunt, magna
solum religionis sanctitas illis redigere valeat
ad hanc sedulam, graveque fidelitatem, que est
ipsis hæbenda. *Autor Recens.*

Quinam legis infringendæ periculo, peccandi-
que libidini magis obnoxius est, quam juvenis Prin-
ceps,

Christiani
Principia
officiis.

Licet Re-
ges esse
debeant
magis
Dei, fa-
cta vici-
osa oritur
cum illis.

Quænam
si difficult-
tas saluta-
ris proca-
landæ in
viris no-
bilibus.

Magna
vero præ-
ceps,

ceptus, cujus vita ne intueatur, veritas ipsa reve-
rentia causa oculos claudit, donec illos aperit as-
sentatio, ut plaudat, atque blanditur? Quinam
plures habet delicatioribus occasiones frequentioresque
illecebras, ut se libidini mancipet in Aula, tot in-
ter mortales, quorum interest Regi adolescenti vi-
tiorum virus adipirare, quia & ipsi corrupti sunt,
ubi nihil ad eum fallendum non intentatum relin-
quitur, & ubi circum lapsus parent? Cui præ cæ-
teris integrum est suis obsequi cupiditatibus? Quis
facilius illas explere potest? Cuiam plures laquei
metuendi, plures evitandi scopuli, plura obeunda
pericula, plura sustinenda prælia, plures victoriæ
referendæ, idque non in ætatis maturitate, sed in
æstu adolescentiæ, cum cupiditates aciores sunt,
ratio minus illuminata, virtus magis infirma, &
effræna licentia? Quodnam supernaturalis fortitudi-
nis prodigium requiritur, ut tot inter pericula, ju-
venculi Principis innocentia se servet? *Idem.*

Quis in statu suo salutem suam potest opera-
ri, verum est; dummodo nihil divine legi adver-
setur. Videlicet Deus mortales suos inuenerit in mi-
sericordia sua; illius expertes non sunt Principes,
licet tot illi circumfugeant radii, licet gravibus cu-
ris, & maximi momenti negotiis circumsepti sint,
licet in mundo momentis, Veram nihilo minus
est, illos pluribus obicibus oblectos esse, plures il-
lis superandas esse difficultates, plures tentationes
expugnandas; quomobrem tenentur sibimetipsis at-
tentius invigilare, majori cum fide, ac religione
ad Deum accedere ad illa obtinenda subsidia,
quibus indigent, ut omnibus dominentur cupidi-
tatis, quibus læciviti sunt, utque Deo sacrifi-
cand quidquid obistere potest necessitati eidem placi-
endi. *Abbas Trappensis, Tomo 1. Placitorum Chri-
stianorum.*

Vult Deus, ut orantes illum omnes Patrem no-
strum vocemus. Summi id vere dicere nequeant,
nisi imos tanquam fratres suos fuerint intuiti.
Qui humili loco nati sunt non ideo debent erube-
scere; & qui nati sunt loco illustri, non debent in-
transcendere, ac superbiere. Sed si nobiles non debent
semetipsos efferre supra terræ filios, æquam etiam
est, ut qui infra subsistunt, eam illis adhibeam obser-
vantiam, & officia, que secundum statum sui
conditionis tenentur. Numquam Dei Filius auferre
vult statum subordinationem, sed hæc per-
ficere per sanctam æqualitatem, quam in mundo
regitare jubet. Æqualitas illi charitate innititur,
& ut melius dicam, ipsa charitas est. Si hæc rite
servaverit, quam pacem, quam tranquillitatem
non produceret illa in familiis, dominos inter, &
servos, superiores inter, & inferiores, interparen-
tes, & filios? Qualibet domus, qualibet urbs, qual-
libet provincia, quolibet regnum, mundus ipse
totus tunc perfectissima Cœli imago haberetur. *Ex
modo recitandi orationem Dominicam.*

Hoc efficit, ut pleraque summorum virorum sce-
lera coram Deo sint magis enormia peccatis popu-
li. Populus supra caput suum tot intuetur diversas
potestates. De potestatis illi minatur, minatur illi
quoque potestas hominum, quos supra se per gra-
dus videt attolli. Sæpe alteri obsequium præstare
non potest, quin fiat inimicus Domini, vel Dei sui.
In hoc certamine quamdam nanciscitur exca-tio-
nis speciem. Potest dicere Deo: Fallor; minis, il-
lecebris ad peccandum impellor ab iis, quos mihi
domnos præfecisti. Si minus tibi parui, parere au-
feris, quibus obediunt omnia, sub quibus omnia ce-
dunt, quid vos Deo reddere poteritis? Nisi hoc:
Si tibi non parui, parere noli. *P. de la Rue in
Quadragesima.*

Quotumquid in terris nunc temporis adest, qui
beatus prædicatur, & cujus fortunæ invidetur? Paulisper
attendite, & mors, que non longe abest, vobis
peripicue ostendat, quid sit hæc fallax beati-
tudo. Nemo igitur terræ divitiis invidet; ne-
mo auri fulgore perstringit se finat, nec se bea-
tum autumat, eo quod superbas incolat ædes, vel
insigni dignitatum fulgore coruscet, vel longo ser-
vorum satellitio stipatus incedat; sed meminerit
ea, que mundus stupens admiratur, ac assiduum
deperit, quamprimum transierit, & hominem hunc
adeo felicem momento collapsurum, cum se ma-
xime flare arbitrabatur. Quamvis omnium sæculorum
testimonia minime sufficerent ad hanc nobis
veritatem probandam, satis efficit interui tot homi-
nes quotidie nostros ob oculos diem suum obeun-

serm in
jusce
gloria ab
tot obice
superare.

In omni-
bus con-
ditionibus
salvari
possunt.

Summi de-
bit imo
præsidium,
mi sum-
mis sub-
millioem.

Car nobi-
lium pec-
catorum
Deo gra-
viores sunt
peccatis
populi.

Humanæ
dignitatis
hæc hæc.

tes. Humana fastigia terribilibus sunt obnoxia casu-
bus, & qui ad honorum culmen evasit, non longe
abest a lapsu. *Ex Tractatu de discrimine inter ven-
pus, atque Eternitatem.*

Neminem novimus, qui vere a Deo fuerit illu-
minatus, & insignia mundi fastigia, dignitate que
non horruerit. Illi, quibus lumen rectum non est,
nil apertius vident, quam talenta, ac dexteriarum
suam ad eas, quas depereunt, dignitates exercen-
das. In hoc etiam facile est extremam eorum cog-
noscere cecitatem ortam ex ambitione, qua tu-
midi sese ad sublimes status extensum provehere,
quibus exinde sunt profusus indigni. Sed qua fe-
splos ignorant, neque intelligunt præcellentium di-
gnitatum pericula, neque meditantur profundas de
salute veritates, permanent in præcellentium con-
ceptu, quem de assera sua dexteritate imbeber-
unt, quin solliciti sint de periculis, que subeunt
perdendi animas suas. *P. Surin. In Asceticis Dia-
logis.*

Christianis omnibus præcepit JESUS CHRISTUS
in Evangelio suo, ut fructus facerent penitentiam,
atque iustitiam; ad sese invitent, ædicandos bonis
operibus, & ad semet motum excitandos ad glori-
candum Cœlestem Patrem ipsi eorumdem scienti-
dorum & vim, & voluntatem tribuentem. Hoc ta-
men præceptum potissimum summus afficit viros,
qui, quo elatiores sunt, eo opera illorum magis elu-
cescunt, & quo plus auctoritatis habent, eo plus
virtutum exemplis ipsorum inest. A Deo habentur
gloria, & hanc ad eundem referre debent. *Abbas
Episcopus Nemausensis.*

Oculus Fidei thronus est sublimis scopulus. Re-
gnum est species universalis tentationis; auctori-
tatem, quam tribuit, & impositas, quam nanciscit-
ur, magnæ sunt ad peccandum illecebræ. Cum li-
cet nobis nimis nostris obsequi cupiditatibus; dif-
ficile est, nostra tantum exequi officia, & Rex,
qui circum se non videt, neque audit, nisi cupi-
ditatum suarum exultationes, assestiones, & vel
laudes, quibus vita lua celebrantur, nisi sublimia
licentia, prætextus injustitiam, amuletum, vel anti-
dota contra veritatem, Rex, inquam, scopus om-
nium humanarum cupiditatum, factus etiam ob-
jectum, vel consors alienarum, nullibi innocentie
securitatem, virtutisque suæ periculum nanciscitur.
Abbas Mungin in S. Ludovici Panegyrico.

Quid de mundi huius honoribus, ac dignitatibus
nos docet Religio? Docet periculosissimam rem ple-
nam esse alex ad eas elevari, quia ut plurimum his
homines abutuntur: docet illum facile perire, qui
illis supereminere gessit, qui fovet in anima su-
perbia sensus, qui imperiosus, ac durus agit cum
inferioribus suis, qui sua abutitur magnitudine, ut
incompositis desideriis suis satisfaciatur. Docet Re-
ligio, sacali dignitates pondus esse gravissimum, &
onus immane. Quo quique elatior est, eo est offi-
cii cumulator, eo illi gravior reddenda ratio est,
eo facilius suppetit causa semetipsum arguendi,
eo quod minime adimpleat ea munera, que ta-
men arduissima sunt necessitatis. *Lambert in Anno
Evangelico.*

Nobili natum esse genere apud homines est, ori-
ginem duxisse ex genitoribus, qui secundum ordi-
nem mundi spectabiles erant. Sed hæc ipsa nobilitas
origo nullum secum adfert pretium vel animi,
vel corporis, nullam inde virtutem auferit, & æque
insignia videntur tam in iis, qui genus jactant
suum, quam in iis, qui sunt de pulvere nati. Nul-
la igitur satis solida causa est, que illos pluris fa-
ciendos esse velit, quam hos. Error igitur est ge-
neris nitorem semper esse cum reali merito con-
iunctum. Falluntur ergo illi, qui avorum generosi-
tem pluris æstimant, quam ipsas hominis virtutes.
*Ex Sermon, ubi ostenditur, quam periculosa sit ho-
minum commercia.*

Patet, crimen, quod summi non committunt Prin-
cipes sibi merito acceptas referentes honorem, & bona,
que possident, quamdam esse speciem perfidie, ac
rebellionis contra Deum. Sicut enim rebellis abs
Rege merito haberetur, ut liquet, aliquid ex sub-
ditis ejus, si Provincia sibi commissam ad regiam
sibi servandam auctoritatem ipse possit vellet; ita
cum summi viri a Deo dignitatem, omnemque
accepterint potestatem, non pro seipsis, sed ut Dei
imperium constituant, & ejusque glo iam procurent,
rebellis, ac perfidi sunt erga Deum, cum hæc om-
nia sibi merito referre volunt accepta. Ad hoc igitur
crimen evitandum, considerent necesse est sum-
mi viri conditionem suam tanquam ministerium,
ac

Pericula
eorum, qui
facile cre-
dunt se
summis
dignitati-
bus ob-no-
xios aptos.

Summi vi-
ri possunt
non bono
exemplo
aliis præ-
fulgere te-
nentur.

Difficultas
inter veni-
endi in-
ter digi-
tates.

Quid de
dignitate
nos docet
Religio?

Generis
nobilitas
meritum
personæ
non pro-
bat.

Mandi
Principes
ad Deum
referre de-
bet mag-
nitudinæ
suum.